



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Nuntiat P. Generali suam peregrinationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Canisium caritatis erga se, & obseruantiae documenta. At illi ne humana quidem omiserunt argumenta, ac pignora, quibus honorare solent magnos hospites solennibus missitandis dona. Abiit deinde Treuiros, ac Moguntiam, rerumq; gestarum summam ad Præpositum Generalem prescrivit his verbis.

Nuniat P. Generali suam peregrinationem.

Dominus Iesus ubiq; nobiscum per sacrificia, & preces R.P.tuae, & Patrum omnium, quibus in primis cupio commendatui esse. Gratias autem ago Deo, qui vires hactenus dedit ad hanc peregrinationem quatuor hybernis mensibus conficiendis. Sentio interim aliquot ab hinc diebus debilitatem esse mihi vires, & solitum abesse vigorem. Fiat nobis Domini voluntas, qui nos obedientie sancti filios in vita, & morte esse concedat. Spero denique difficile fore R.Paternitatitua, ut ratione reddam sciscitantibus de munere mea suscepta legationem Conciliaui Apostolicæ sedi animos Prelatorū, præsertim duorum Archiepiscoporum Moguntini, & Treuirensis: nec non Episcoporum Herbipolensis, & Osnaburgensis. Cum aliis quibusdam egi per literas ob varias causas. Commendaui præterea illius publicationem, & executionem Concilij Tridentini.

ni. Proposui consilia, quæ ad Catholicam religionem conseruandam, & promouendam non parum habent momenti in hoc rerum Germanicarum statu. Illi vero non modo humaniter, sed etiam reue renter exceperunt omnia. In hac peregrinatione sum sapientine concionatus, ac sapientiam germanice. Hyemis, & viarum incommoda nobis non defuerunt, sed à grauioribus periculis liberauit nos Deus, & amicos subindefauentes dedit, ut etiam Sectarij nos nō grauatum audirent, cum rationem fidei Catholicae redderemus. Peto interim veniam à summa bonitate, & Paternitate tua, quod bene gerendare rei occasionē non diligentius quasierim, & pra sentem non felicius obseruauerim, neq; vel mibi, vel aliis, ut par erat, inseruierim, cum in hoc peregrinandi genere sim haec tenus nihil versatus: quam ob rem libenter amplectar quamcumq; mihi pœnitentiam adiunget Reuerenda P. tua, quæ diuinam misericordiam mihi magis ac magis conciliare dignetur. Moguntia 28. Ianuarii.

In hoc excursu illud præter cetera obserua uit & scripsit in Vrbem, ex vñ religionis fore, vt Episcopis, qui vicinos haberent, magisq; infestos Hæreticos, darentur etiam num viuis Coadiuto.

Modestia Ca
nisi.

Heretici Epis
copatus inua
dunt. Sende re
ligionis exiliū.